



A LOS M. RR. PP. MAESTROS,
 Priores, Vicarios, y Principales Presidentes; y
 á las RR. MM. Prioras, y demás Religio-
 sos, y Religiosas de esta nuestra Provincia de
 Aragón, Orden de Predicadores: Nos el Ma-
 estro Fr. MANUEL THOMAS DE CASANOVA, Califi-
 cador del Santo Oficio, y Prior Provincial de
 la misma, Salud y debida sumision, reveren-
 cia y obediencia á las Letras, Disposiciones
 y Ordenes de N. Rmo. P. Maestro Vicario
 General Fr. JOSEF DIAZ.

Hacemos saber á VV. PP. y RR. que acabá-
 mos de recibir de Su Reverendísima, dada en
 Santo Tomás de Madrid con fecha de 29 de
 Junio de este presente año, una Circular, que
 copiada á la letra, es como sigue:

IN Dei Filio sibi dilectis RR. admodum Patribus, Fratribus, ac Sororibus
 universis Ordinis Praedicatorum: Nos Fr. JOSEPH DIAZ, Sacrae Theologiae
 Professor, ac ejusdem Ordinis in Hispaniarum, & Indiarum Regnis humilis
 Vicarius Generalis, ac servus, salutem, pias lacrymas, & mortis recordationem.

Nec verbis exprimere, nec satis sermone consequi possumus, Fratres di-
 lectissimi, quam altè pectori nostro vulnus infixerit maestissima notitia, quae
 a jam

jam diu ad aures vestras pervenit, & animos vestros amaritudine inebriavit de morte Rmi. P. N. Fr. BALTHASARIS DE QUIÑONES sexagesimi quinti Magistri Ordinis. *Quis tantam poterit reparare jacturam?* Cecidit corona *capitis nostri.* *Pupilli facti sumus absque Patre.* (a) Sed interea considerantes attentius mortem, vitam, numerumque mensium in potestate Domini esse, ipsumque humanae vitae constituisse terminos, *qui praeteriri non poterunt*, (b) oculos in Coelum levavimus, & manum, infaustis hisce praesertim diebus, & Nos, & universum Ordinem nostrum afflagentem, humilitè osculantes, Deum flebilibus vocibus, verius dixerimus gemitibus, exoravimus, quatenus ea nos indueret virtute ex alto, qua crudelissimo ictui resistere possèmus; omnesque veros filios S. P. Dominici impleret sapientia, & corda eorum gratia Sancti Spiritus illustraret: ut posthabit honorum titulis, & temporum, tametsi turbidorum, ipsa fortassis occasione invitante, non quaerentes à *Dominio ducatum*, neque à *Rege Cathedram honoris*, (c) neque tandem obliscentes, quod *qui potestatem sibi sumit injustè, odietur*, (d) totis potius viribus reparandae consulerent amissioni acerbissimac: nemine sumente *sibi honorem*, sed *qui vocaretur à Deo tanquam Aaron.* (e)

At verò *Quis hominum poterit scire consilium Dei?* *Aut quis poterit cogitare, quid velit Deus?* Cogitationes sane mortalium, quod timidae sint, & incertae providentiae nostrae, (f) tunc vel maximè experimento didicimus, quum Nobis superius dicta animo volventibus, novique Ordinis Moderatoris, quicumque tandem ille foret, jussis humilitè, ut par erat, obtemperare paratis: ecce ubi Catholicus, piissimusque Rex Carolus IV, Ordinis Praedicatorum Pater, Protector beneficentissimus, justis quidem de causis, iisque gravissimis, Regium animum moventibus, oculis in Nos Regiae bonitatis conversis, imo & desixis, supplicibus litteris SS. Domino Nostro Pio Divina providentia Papae VII porrectis, & satagit, & expostulat, ut de plenitudine potestatis Apostolicae ad Vicariatum Generalem Ordinis Praedicatorum in suis felicissimis Hispaniarum, & Indiarum Regnis Nos humiles evenhamur. Pontificem verò Maximum, tèrque, quatèrque Optimum (quem Dominus conservet, vivificet, beatum faciat, incolunem servet, & Spiritus fortitudine repleat) votis, ac precibus Catholici Regis benignissimè annuerem.

VI

(a) *Thraen. 5.*(d) *Ibid. XX. 3.*(b) *Job. XIV. 5.*(e) *Hebreor. V. 4.*(c) *Ecclesiastici VII. 4.*(f) *Sap. IX. 13. & 14.*

(3)

Vicarium Nos Generalem liberum, & absolutum in praefatis Regnis creasse, instituisse, & fecisse per suum Apostolicum Diploma datum die decima quinta Martii: istud illud est, quod vobis, litteris nostris datis in Regali situ de Aranjuez die vigesima octava Maii nunciavimus, & de quo denuo his nostris litteris certiores vos omnes facimus, uti & Nos reddidit de hac ipsa re certiores Exmus, ac Emus. D. D. Cardinalis de Borbon Archiepiscopus Toletanus, ac Visitator Apostolicus omnium Regularium Ordinum suis litteris datis dic quinta ejusdem mensis.

Dexterā ergo Domini Nos exaltatos, Filii carissimi, cernitis. & Ast quorum humiliatos non potius & conturbatos dicamus? Satiū nihilominus cum Propheta dixerimus utrumque: Et verè, nempe, *exaltati*, & verius exaltatione ipsa *humiliati sumus*, & *conturbati*. (g) & Quidni, videlicet, repente exaltatus ille humiliaretur, qui, quoniam ceu alter David minimus inter caeteros filios Isai, & nihilominus unus erat, quem ungere volebat Dominus in medio Fratrum suorum? (h) Hinc, & conturbati sumus, memores doctrinam esse nostri Angelici Doctoris: *Praelatos rationem reddituros & de propriis, & de alienis, quantum pertinet ad eos.* (i) Conturbati postremò, quia non tam gaudendum de dono, quam trepidandum de merito.

Veruntamen quum à Domino, in cuius manu est cor Regis, & *quocumque voluerit inclinabit illud*, (k) factum profectò sit istud, quod magno utique jure mirabile erit in oculis vestris, (l) Divinae, ut decet, voluntati morem gerentes, in ea conquiescimus spe, ut qui honoris est auctor, ipse ~~magis~~ administrationis adjutor. Quapropter vestras omnium, & singulorum ad Deum preces instanter deposcimus, ut ipse largiatur virtutem, qui contulit dignitatem. Sed hac de re satis esto.

Jam vero, etsi doloribus conficiamur gravissimis, ubi Rmi. P. FR. BALTHASARIS DE QUIÑONES vitae, sive mortis memoriam instaurare compellimur; debito nihilominus officii nostri cogimur, & de vita illius nonnulla, & de morte item aliqua vobis nunciare: & eò quidem libentiùs id praestabimus, quò forte hoc pacto confidimus, ut in communi maestitiae causa, in doloris nostri pro tanta jactura vos omnes consortium advocemus.

Utque cum primis concioni, quam exigit Epistola consulamus, nihil
b
nos

(i) *Ver. q. 27. art. 3. ad 14.*

(g) *Psalm. LXXXVII. 16.*

Et Heb. 13. lect. 3.

(h) *1 Reg. XVI. à vers. 5. ad 13: & 2 Reg. VII. vers. 8.*

(k) Prov. XXI. 1.

(l) Psalm. CXVII. 23.

Nos hic de Rm. **QUIÑONES** ingenuis, nobilibusque Parentibus, nihil de pia, & liberali educatione, nihil de suo mirabili ingenio ad quaeque in scientiis abdiora facilè perdiscenda, in quibus nihil non sibi pervium reperiebat, feliciter in magis latentia doctrinae, ac eruditionis penetralia ingrediens: illud solùm meminisse sat erit Rmum. P. Magistrum Generalem Fr. Joannem Thomam de Boxadors, inter Ecclesiae Cardinales postea cooptatum, in Visitatione hujus nostri Conventus Matritensis tanta ejus ingenii admiratione captum fuisse, ut arduam illi provinciam demandaverit tradendi de Locis Theologicis Melchioris Cani institutiones, quo in munere tantopere excelluit, ut aureum illud opus, & satis amplum, non solùm memoriter tenuerit, sed etiam ornataè, copiosè, eruditè explicaverit. Doctrina Angelici Doctoris ita ei familiaris fuit, ut nihil quod obscurum, nihil quod difficile eidem esse videretur: solitus dicere, D. Thomam per D. Thomam explicari debere. Et quid de vehementi scilicet dicendi vi, quid de summa in rebus difficillimis explicandis facilitate, quid de eleganti in eloquendo sermone, & de latinae linguae nitore, quo Ciceronem aemulari videretur?

Fallimur nimis multum, Filii dilectissimi, si non huc in sapientissimi Parentis nostri **DE QUIÑONES** elogium possumus illud opportunissimè adducere, quod de semetipso Clarissimus Canus ajebat: *De rebus nimirum obscuris, atque ad intelligendum difficultate dilucide dicere, nec sententiis solum argutè, sed verbis etiam ornataè, adeo est operosum, & arduum, ut iniquus futurus sit, qui voluerit efflagitare. Atque id equidem paucis adhuc video contigisse, ut iidem utroque in genere laborarent, simulque in Theologiae controversiis sequentur, & elegans illud dicendi, & hoc argutum disputandi genus. Quantum in utroque profecerit Rmus. QUIÑONES, hujus S. Thomae Matritensis Conventus, Provinciarumque Italicarum sit judicium: utrunque certe sequutus fuit.* (m)

Admiratio ingenii, qua in hoc Conventu nostro Sti. Thome Matritensi captus fuit Rmus., & Emus. Cardinalis de Boxadors, eum facilè permovit, ut ad se, ne cogitantem quidem, ex Hispania arcessitum, Provincialem Terrae Sanctae, Sociumque sibi designaret. Mox ipsum in solicitudinum suarum partem vocare, ejus in rebus arduis consilio, & opera uti, graviorumque negotiorum molem in ipsum transferre, atque universas ferè amplissimi regiminis curas cum ipso partiri, maximè à die suae assumptionis ad Stae. Romanae Ecclesiae Cardinalatum, quasi eum sibi in Ordinis Magistratu prae nosceret successuram, gravissimoque muneri iniciari veller, atque praeludere.

(m) In Prooemio in Lib. a. de Locis Theol.

Nec fefellit eventus. Nam Enus. de Boxadors cogitans de suprema Ordinis dignitate abdicanda, oculos in unum Hispaniarum Socium convertit, & in Generalibus Comitiis anno MDCCCLXXVII Romae habitis, **BALTHASAR DE QUIÑONES** Magister Ordinis, & eligitur, & confirmatur.

Ab sui regiminis exordio se legum nostrarum vindicem, & adsertorem monstravit. Omnibus suo praecebat exemplo. Cibis utebatur non exquisitis ad voluptatem, sed communibus ad victum; laneam subuculam etiam in gravioribus morbis deferebat; carnibus non nisi perraro vescebat. Dum sibi parcissimus, aliis abunde providebat. In sublevandis suorum filiorum miseriis liberalissimus, cum sibi & necessaria denegaret. In honoribus, & dignitatibus, quae à Majoribus nostris ad nos veluti quodam haereditario jure transmissae sunt, procurandis infatigabilis fuit, & paratus prius ad abdicandam totius Ordinis Praefecturam, & Sacri Apostolici Palati Magisterio perfungi, quam haec dignitas ad extraneos distraheretur, consequitus fuit, quod hoc exemplo commotus supremus Ecclesiae Pastor amplissimam hanc dignitatem Ordini conservaret. Incredibilis erat dexteritatis in arduis negotiis conficiendis; in consultationibus de rebus fidei coram doctissimis viris tanta in eo eluxit orationis vis, tanta rerum Theologicarum scientia, ut non solùm multos ad suam traxerit sententiam, sed & vox à SS. D. N. Papa Pio VI immortalis memoriae audita fuit: *Se in BALTHASARE virum agnoscere ingenio acerrimum, eruditissimum praestantem, eximiaque scientia, & doctrina instructum.* Sub ejus regimine idem Pontifex singulari, ac ferè inaudito exemplo, totius Ordinis se declaravit Protectorem.

Utque protectionis hujusmodi singularissimum beneficium singulariori adhuc gloriae beneficio cumularet, dubiumve planè relinqucret, emineret necne super omnem protectionem gloria, aut fortè potius *super omnem gloriam protectionis*, (n) novo, & illucusque, & de ipsis Summis Pontificibus assumptis ex nostro Ordine, inaudito, quodque Urbem totam stupore, & admiratione replevit, benignitatis, ac dignationis excessu, se ipsum Pius VI, vel in hoc maximè pius, ad mensam quadam die invitare voluit, imo & invitavit, & revera venit Rmi. DE QUIÑONES, missa pridie ad ipsum laconica, humanissima, familiarissima scheda, quam sub oculis habemus, quaeque in latinum ex italico conversa idiomate, ita habet: *Sexto Kalendas Novembris; anno MDCCXCI— Mensis Dominicanorum interesse non expedit, nisi quam sola ex ovis, piscibusque educta*

uit omnibus perinde commensalibus licent. Pisces, ut vides, praemittere nostrum duximus: recentia providere pro tortis ova tuum esto. Plus quam duo non erimus, qui ad te pransuri accedamus: integrum tibi erit, quotquot tuorum Religiosorum malueris, nobis convergentes adjungere. Hora diei crastinae circiter ad meridiem primam, habitu strictissimè incognito Palatio nostro egressi, in tui Ruris Casulam venationis ibimus. Inde, Nos advacente Refectorii cymbalo, ipsam recreationis domunculam cum fratribus petemus. Jam vero, quod ita te inopinatam occupare decreverimus, singularis id planè accipito dilectionis pignus: id cum primis altissimè suasum habens, fore ut nobis multum, nimiumque dispercas, si escarum, vel multitudo, vel exquisita sorte varietas profusionem sapient. Interim ex toto corde devinctissimi tibi manemus. & Audistis, Filii carissimi? & Vidistisne honorem fidem omnem superanteum? & Cognoscitis bonitatem laudem omnem excedentem? & Beneficentiam conspicitis aeneis sculpentem tabulis, iude cordibus filiorum S. P. N. Dominic, ad perpetuam tantae rei memoriam, incidendam? Scitote igitur Filii, quod si adeo sublimi gloria Ordinem Praedicatorum Successor Petri donavit, propter Rmum. donavit BALTHASAREM DE QUIÑONES.

Quod si de perditis jam in illo uno omnibus, in quo omnia habebamus, recrudescens nunc ipsam recordatione dolor facere scribendi finem non Nos urgeret celerius; aut si mortui Jam immortalis DE QUIÑONES nova pro communi Ordinis bono egregia facta, factis necessum esset egregiis hactenus memoratis adjungere, suppetunt benè multa quidem; sed unum meminisse sufficiat, quod modo sequitur. Sedulè ejus operà in Beatorum album adscripti fuere B. Joannes de Salerno, Petrus de Hieremia, Bartholomaeus de Bregantius. Alia sane quamplurima ad Ordinis decus, & incrementum moliebatur. At enim quum cerneret filiorum suorum aerumnas, & calamitates in dies augeri, maerore confectus, ruri, ubi de consilio Medicorum degebat, primùm languore, dein febri laborare, postremò viribus deficere coepit. A decima tertia Junii anni 1798 maximo in vitae discrimine versatus est. Die vero decima nona in syncopen incidit: & sacro unctus infirmorum oleo. Denique die vigesima sensibus redintegratis, sacra exomologesi summa cum pietate expiatus, Eucharistico Pane refectus, syncope iterum intercepitus, brevi extinctus est anno aetatis suae sexagesimo quinto.

Haec, quae de morte Rmi. QUIÑONES nuperrimè didicimus. Alia vero licet paucissima, quae de ejus vita, dum Romae fuerit, nuntiavimus, à Nobis transcripta sunt ex testimoniis fidem facientibus; caetera vero & non pauciora, ac proculdubio non minus digniora nuntiari, deprompsimus, in immortalem lau-

laudem, in excelsumque, ac eximium meritum Rmi. **QUITONES**, ex notitiis certissimis, & ex testimoiiis, quae sub oculis habemus.


Ecce, Filii carissimi, amisit Catholicus, plissimusque Rex **Carolus IV** subditum fidelissimum, & obsequentissimum. Amisit Hispania, in Viro omni scientiarum ornato genere, ornamentum eximium. Amisit Filium Ecclesia, & Religiosissimum, & splendidissimum. Amisit Praedicatorum Ordo Parentem optimum, vigilantissimum Praesulem, atque cum primis in id studiosissimum, ut nempe per bona opera certam nostram vocationem nos omnes faceremus; (o) procurandae animarum saluti die, nocteque indefessè incumberemus; haecque adimplendo munia, utiles essemus Ecclesiae, Patriae, Regnis, & Populis. Tantam, uno verbo, fecimus omnes in defuncto Parente jacturam, ut nisi lacrymas lacrymis addere, animoque planè concidere, agendum nobis restaret aliud nihil, si eum plus adhuc è Coelo, quam proderat in terra, nobis non crederemus certissimè profuturum.

Etiam si verò firma nitamus spe carissimum Parentem nostrum ab hoc exilio ad sempiternas Beatorum sedes transmigrasse, quia tamen omnes justitiae nostrae in conspectu Dei sunt quasi pannus menstruatae, (p) quia tot in corde humano existunt recessus, & latebrae; quia nemo plane novit sensum **Dominis** (q) sunt namque *judicia ejus abyssus multa*; (r) si quid propterea viro, nostris aliundè oculis irreprehensibili, posset fortè etiam num piacularibus flammis superesse eluendum, id à nobis praestandum, & summo quidem jure est, ut quantocius orationibus, ac sacrificiis nostris penitus abstergatur. Hinc ne officio, muneri, strictiorique nostro debito deesse videamus: singulis Monasteriorum, ac Coenobiorum Praesidibus mandamus, & praecipimus, ut in suis quique Ecclesiis solemnue sacrum fieri curent: quilibet verò Sacerdos pro perpetua illius requie rem divinam ter faciat; Clerici, & Sorores Choro addicte totum psalterium: Laici autem quingenties Pater noster recitent.

Insuper edicimus, ut in Necrologio, quod ad calcem est Martyrologii, hacc inscribantur: Die vigesima Junii, Obitus Venerabilis Fr. **BALTHASARIS DE QUINTONIS** Toletani sexagesimi quinti Magistri Ordinis.

Rursus: ut grati animi, vel levem saltem aliquam pro acceptis beneficiis rependamus sanctissimo Domino Nostro Pio Papae VII significationem, jubemus, ut in singulis Ordinis Hispaniarum, & Indiarum Conventibus pro Pro-

rec-

(o) *2. Petri. 1. 10.*(p) *Isai. LXIV. 6.*(q) *Roman. XI. 34.*(r) *Psalm. XXXV. 7.*

tectoris nostri vita, & incolumitate, proque felici statu Sanctae Romanae Ecclesiae Missa cantetur solemnis.


Solemmem item Missam celebrandam eodem modo injungimus pro Catholico Rege nostro Carolo IV Patre, Protectore, Benefactore munificentissimo Ordinis Praedicatorum, proque Augusta sirmul, ac Piissima Regina Maria Ludovica, & tota Regia familia.

Sed dura nimis, ac supra modum infelix esset conditio nostra, Filii dilectissimi, si semper dolendum foret, semperque lugendum. Est tempus flendi, & etiam laetandi. Si contristati estis, quia nuntiantes vobis obitum Rmi. QUIÑONES grave praebuimus argumentum doloris, atque maestitiae, simul nuntiamus vobis, quæ ratione consolari, & gaudere valeatis. Sanctissimus Noster Pius VII Pontifex Maximus benigne concessit, in universo Ordine nostro recitari posse die vigesima octava Maii lectiones proprias, necnon orationes pro officio, & Missa B. Mariae Bartholomeae de Bagnesiis Virginis tertii Ordinis nostri. Ex Decreto die 11 Julii 1804.

Est et alia ratio, qua consolari, & laetari debeatis. Idem etiam Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa VII ex Decreto die 24 Augusti ejusdem anni benignè extendit ad universum Ordinem Praedicatorum concessionem jam factam die 28 Julii 1789 Clero Dioecesis Transilvaniensis, recitandi officium cum Missa in honorem Beatae Margaritae Virginis ab Hungaria; ac potestatem fecit praefato universo Ordini recitandi praedictum officium cum Missa in die 26 Januarii ritu duplici cum lectionibus, & orationibus; necnon interrumpendi in Martyrologio Ordinis elogium utriusque Beatae, ut in lectionibus, quas vobis transmittimus, intelligitis.


Considerantes itaque, quanta hinc gloria nobis accrescat, consolamini fratres carissimi, & plurimum in Domino gaudete; neque enim fas est locum esse tristitiae, ubi tam justa est gratulandi ratio, & laetandi. Rependite sine intermissione gratias Omnipotenti Deo, qui novis semper beneficiis nos augere non desinit, & cumulare.

Porro si quid deinceps ē publica Ordinis re commendandum vobis fuerit, novis litteris vos commonefactos, certioresque reddemus. Interea istud potissimum vobis persuasum volumus, velle nēmpe omnino Nos in suo robore, ac vi sartum, tectum manere, atque ad amussim servari quidquid pro communi Ordinis, ac Provinciarum Hispaniarum, & Indianarum praecepit bono Rm. BALTHASAR DE QUIÑONES praeceperat. VALETE: Nostri, Sociorumque memores in Sacrificiis, & precationibus vestris. Datum Matriti in Conventu nostro S. Thomae



mae die vigesima nona Junii anni millesimi octingentesimi quati. — Fr. JOSEPH DIAZ VICARIUS GENERALIS ORDINIS. — Regist. fol. 1. — Fr. JOACHIM DE THERÁN MAGISTER, PROVINCIALIS TERRAE SANCTAE, ET SOCIUS.

Esta es, M. RR. PP. y carísimos Hermanos, la Circular que recibimos de N. Rmo. P. Maestro Vicario General; la que, al paso que ya de si misma es acreedora de justicia por todos títulos al mas fiel, y puntual cumplimiento en todo quanto previene, exige sin embargo de Nos el que por nuestra parte concurrámos á que en esta Provincia se obedezcan y cumplan con toda exactitud las tan sabias, como justas disposiciones de Su Reverendísima. Por tanto Nos el Maestro Fr. Manuel Thomás de Casanova Prior Provincial sobredicho, por tenor de las presentes, y autoridad de Nuestro Oficio, mandamos en virtud del Espíritu Santo, Santa Obediencia, y con precepto formal á los Superiores de todos, y de cada uno de los Conventos, Colegios, Monasterios, y Vicariatos sujetos á Nuestra Jurisdicción, que luego de recibida la Circular con estas Nuestras Letras, que la encierran, y leyendose dentro de 24 horas en pública Comunidad, se señale el primer dia, que comodamente se pueda, para la celebracion de las Exequias, con Oficio de Difuntos y Solemne Misa de Requiem cantada, de N. Rmo. difunto el Maestro Fr. BALTHASAR DE QUIÑONES, General que fué de toda la Orden: cumpliendo además los Religiosos y Religiosas, tanto del Coro



como de la Obediencia, con los debidos sufragios, que por el eterno descanso del mismo Reverendísimo difunto prescriben respectivamente á cada uno nuestras sagradas Constituciones, los mismos que recuerda y manda la Circular que os remitimos.

Así mismo queremos y mandamos no haya omisión en la celebracion de las otras dos Misas Solemnes, de las quales la una por N. Santísimo Padre Pio Papa septimo, Protector de la Orden, y la otra por Nuestro Catholico Monarca Don Carlos Quarto, por la Reyna, y Príncipes Nuestros Señores, y toda la Real Familia, con la Colecta y Preces pro tempore belli, encarga por segunda vez en la presente Circular de 29 del último Junio N. Rmo. P. M. Vicario General, despues que con fecha del dia 2 del mismo mes lo mandó ya en la Confirmacion de las Actas del Capítulo Provincial de Barcelona de 1798 y del de Valencia de 1802 que impresas (las del segundo solamente) se habrán tal vez recibido ya, ó por lo menos no tardarán á recibirse en los Conventos, quando á ellos lleguen estas Nuestras Letras; con las que por fin exhortamos encarecidamente á todos y á cada uno de VV. PP. y RR. no cesen de rogar en sus Oraciones y Sacrificios por la importante vida, salud, felicidad, y acierto de N. Rmo. P. Mtro. Vicario General Fr. JOSEF DIAZ.

En fe de todo lo qual mandámos dar, y dimos

(11)

las presentes, firmadas de propia mano, y selladas
con el mayor de Nuestro Oficio, en este Nuestro Con-
vento de Santa Catarina Virgen y Martyr de Bar-
celona, á 30 dias del mes de Agosto de 1805.

Fx. Manuel M. Llanova

Prior Provincial.

Regist. fol. 273

Fx. Antonino Vilasau

Maestro, y Compañero.

